



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

5. An de necessitate medii sit credere mysterium SS. Trinitatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

per fidem in sanguine ipsius. Quoad Resu-  
ctionem, Ascensionem, judicium &c. dicend-  
tatis, se-  
quod credenda sint necessitate præcepti  
medii; multi tamen quoad resurrectionem  
docete o-  
idem dicunt quod diximus de passione. Scilicet  
Patris  
Han-  
quod sit mysterium credendum necessari-  
eius di-  
alii.

## ARTICULUS V.

*An de necessitate medii sit credere My-  
rium SS. Trinitatis.*

**M**Ulti sunt qui id negant, & præcep-  
tati  
qui negant resolutionem nostram p-  
cedentis articuli.

Resp. Tamen affirmativè, & est ex parte  
doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 2. a 8 ubi  
probat in corp. Mysterium Incarnationis Christi  
explicite credi non potest sine explicitatione  
Trinitatis. Quia in mysterio Incarnationis  
continetur quod filius Dei carnem assump-  
rit, & per gratiam Spiritus Sancti mundum  
renovaverit. Et iterum quod concepimus suum  
Spiritu Sancto, ergo sicut mysterium Incar-  
nationis credendum est necessitate medium  
salutem, ita & mysterium Trinitatis. Alia  
rationem subjungit: Qui renascuntur in Christo  
hoc adipiscuntur per invocationem Trium

ta

## II. DE FIDE INTERNA. 69

tatis, secundum illud Matthæi ultimo : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus S.*

Hanc sententiam S Th. sequuntur omnes ejus discipuli, & Sanchez, Becanus, Sylvius & alii.

Fundamentum contrariæ sententiae est. Quia videtur durum quod homines rudes & inculti, & pueri, salvari non possint nisi explicitam fidem habeant de tam abscondito & arcane mysterio, quod aliquando moraliter ipsis videbitur impossibile.

Resp Quod non requiratur subtile ingenium ut fide percipiat mysterium SS. Trinitatis solum quoad hoc quod sint tres personæ Pater Filius & Spiritus S. Consistit enim fides non in intellectione mysterii, sed in assensu, qui non requirit subtilem intellectum. secundum illud Aug. lib. contra epist. fundam. cap 4. *Turbam non intelligendi vivacitas, sed credendi simplicitas tutissima facit.*

Hæc ita resolvimus in rigore doctrinæ S. Th. licet enim contraria sententia suâ probabilitate in aliquibus non careat, nihilominus non sunt admittendi ad confessionem aut alia Sacra menta nisi conformiter ad nostram sententiam, quia in hac materia tutiore oportet sequi partem. Parum enim patrocinii dabit contrariæ sententiae probabilitas, si non patrocinetur etiam veritas, secundum quam homines judicabuntur.

D 2

ART I.